Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ORATIO AD SCAM ET INDIVIDUAM TRINITATEM ⁊

DNE DS OMNIPOtens eterne inefFabilis sine fine · atq· initio · quem unum intrinitate · & trinu inunitate confitemur· te solum adoro · te laudo · te glorifico · ubiq· misericors & clemens gratias refero · quime exutum nocte perfidie · & erroris · paraci pemq· fieri tribuisti gratie tue ⁊ Perfice queso dne coeptum in me opus misericordie tue · & dona mihi semper cogitare loqui & agere que placita sunt tibi · & gratuita ubique pietate custodiens ⁊ Fac me indignum & miseru ad tuam peruenire uisionem · AMEN ⁊

ORAT AD SCM PETRU

SCISSIME PETRE PASTOR & nutritor meus· qui potestatem habes ligandi & soluendi concessam a magistro tuo · Solue queso omnes nexus iniquitatum mearu· & intercede pro me ut respiciat me dns & magister tuus sicut respexit te ⁊ Eruat me de profundo uitiorū · qui te liberauit de profundo aquarum ⁊ Depellat ame omne quod odit inme · & inserat inme unde semper placeam illi ⁊

ORAT AD SCM PAULU

BEATISSIME PAULE uas electionis que dns xps de celis uocare dignatus est · obsecro te per illius misericordiam quite ad tantam celsitudinem perduxit · intercede pro me ut saluet & adiuuet me dns ds tuus · donet mihi timorem & poenitentiam spem & amorem · auferat ame fermentum malitie & nequitie · & donet mihi celebrare continue pascha suum in azimis sinceritatis & ueritatis ⁊

ORAT AD SCM BENEDICTU

OBSECRO TE BEATISsime benedicte dilecte di intercede pro seruo tuo illi abbate · & omni sca hac tua congregatione · & pro uniuersis sub tuo magisterio militantibus · & pro omni populo xpiano · intercede pro me misero seruo tuo · ut purget dns cor meum · & os meum & actus meos a cunctis uitiis ⁊ Tribuat mihi seruare cuncta que precepit · & custodire scae regule tue tramitem · quam me seruaturum spo pondi ⁊ ORATIO CONFITENTIS PECCATA

SUCCURRE MIHI DNE ds meus antequam moriar · ante quam me tormenta rapiant · ante quam tenebre comburant · ante quam me tenebre obuoluant ⁊ Reus enim iudicium tereor pauore peccati · iram tuam formido · Si enim iustus uix saluabitur · ego impius ubi ero? Quid facio dum uenerit